



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

XLIV. An veram tentationem quis superare poſit solis naturæ viribus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

est sen:  
agianos  
omnia  
ihil, sed  
etur  
lo p. 4.  
defini-  
n. s. A-  
e plures,  
tura per-  
e à Deo  
eaturen-  
u, velu-  
x hoc  
dilectio-  
nd agi-  
Taria c-  
s manu-  
i iustis  
e perfec-  
ad am-  
femini-  
id; non  
rur  
o graci-  
ari ali-  
t commu-  
st, tum  
er cum  
oncop-  
erm. ro  
recum-  
it im-  
ia sunt  
paras.  
paria; proinde seruato uno, non con-  
tinuo seruari omnia posunt.

Dein occurruunt aliquando plura si-  
mul obseruanda: ut in oratione si oc-  
currat tentatio. &c.

## QVÆSTIO XLIV.

An veram Tentationem quis supera-  
re possit solis naturæ viri-  
bus?

PELAGIANI duo asserabant. 1. Sine Dei auxilio,  
solis lib. arb. viribus posse vincere tentationes sic, vt  
viacendo etiam commerterit vitam beatam quis  
possit.

2. Vel in ipso æstu tentationum seruari omnia  
præcepta moralia post solis naturæ viribus. Teste  
S. Hieron. l. 1. in Louian. &c.

SVADENT PELAGIANI istis. 1. apud S. Hieron.  
Liberi arbitrii nos condidit Deus; nec ad virtutem, nec  
ad via necessitate trahimur. Alioquin ubi necessitas,  
neque damnatio, neque corona est.

2. Iac. 1. Vnuquisque tentatur à concupiscentia sua  
abstrada & ille trahatur Naturaliter, Gen. 4. Sub te e-  
rit appetitus nus, & tu dominaberis illius: ergo natu-  
re viribus tentationi resisti potest.

3. Hodiern: Voluntas non potest necessitari à  
passione, ait S. Tho. 1. 2. q. 10. a. 3. nisi passio rationem  
penitus absorbeat: ergo manente libero rationis iu-  
dicio potest tentationi resisti.

AVTOR. Nemo tentationem gra-  
uiorem vincere naturæ viribus solis  
sic potest, vt vincendo quid prome-  
teatur. Grauior autem dicitur, quæ  
naturæ vires superat; nam his par, aut  
inferior non opus habet speciali au-  
xilio vt vincatur; Ut mereatur tamen  
quid ad salutem vincens tentationem  
simpliciter eget gratiâ; nam ad meri-  
tum supernaturale non pertingit na-  
tura.

1. Teste S. Scripturâ. Sap. 8. Nemo  
potest esse continens, nisi Deus det. At con-  
tinere, dum abest tentatio difficile nō  
est. Deinde istud, 1. Cor. 10. Fidelis De-

us, qui nō patietur vobis tentari supra id, quod  
potestis: indicat tentationes posse su-  
pra naturæ vires excrescere. Proinde,  
Mat. 26. Orate, ne intretis intentionem.  
Mat. 6. Et ne nos inducas in temptationem.  
Pl. 27. In te eripiar à tentatione.

2. Sic & Ecclesiæ Traditione docet.

Vt Synodus Palæstina apud Aug. ep.  
106. Mleuitana apud Aug. ep. 26. In-  
nocentius I. ad Conc. Carthag. apud  
Aug. ep. 91. pluresque Papæ & S. Patres,  
Chrys. Ambr. Hier. &c.

Demum ideo Ecclesiæ mos nil per-  
inde frequentat sacerdotem, ac, Deus in adiu-  
torium meum intende. &c. Vt in hac die ad  
nullum declinemus peccatum; Ne nos ap-  
prehendat callidus tentator. &c. quæ Speci-  
alis auxiliij necessitatem testantur.

DICO AD I. ex S. Aug. l. de nat. grat.  
c. 65. Loqui S. Hieronymum de natu-  
ra, vt erat à Deo condita; non devitia-  
ta. Dein, hæc non trahitur necessita-  
te, quæ ab implorata adiuuatur gra-  
tia.

AD II. Superior pars animæ natu-  
raliter imperat inferiori; non quidem  
despotice, ceu seruus domino, vt parere  
cogatur; sed politice, ceu populo Ma-  
gistratus. Nam potest rebellare appe-  
titus rationi, abutens libero arbitrio.  
Vnde Ratio non tam dominando,  
quam aliciendo debet eum ducere.  
Quia Inferior diu viget antè, quæ m-  
euiglet ratio; vnde rationis iugo per-  
ægræ assuescit: habetque obiecta sen-  
sum bona præsentia; at ratio futuris  
pascitur in spe.

AD III. Significant D. Tho. non ne-  
cessitari physicè voluntatem, scil. deter-  
minatam quasi ad vnum, sicut bruta;  
Necessitatur tamen Moraliter, b' andi-  
tiis,



tiis, apparentiis fucatis. &c. Dein non ait S. Tho. eam simpliciter necessarii; sed si rationem contingat absorberi,

igitur omnia infidelium opera sunt peccata.

1. Sic Scriptura in *Antichristo*. p. 4. q. 26.

2. Ita consensus habet S. Patrum Basil. Chry. Hieron. Aug. l. 5. Ciu. c. 15. ait, Deum Romanis orbis imperium dedisse, ut hac in vita morales eis virtutes remuneraretur.

NOTA: Quod infidelis potest solis naturae viribus obseruare praeceptum secundum substantiam operis: pater quæst. 43. etiam cum peccato: ut constitutus depositum, quod ille despoltatur. At bonum morale cum peccato fieri non potest: ideo hoc facere, maius est illo. Quod deterior est in hoc Lutherocalviniana hæresis: quam in isto Pelagiana.

3. RATIO fauet. 1. *Ab absurdo*. Quia infideles non possunt ullam facere: non bonum; ergo satius eis fore, remoto præcepto, opera ex obiecto bona non facere; nam faciendo peccant, ut aiunt: non faciendo non peccant.

2. Deinde: Si infidelium omnia operarent peccata, id fieret. 1. Vel quia de esset eis finis, ut non fierent propter Deum: At naturaliter cognoscunt Deum esse, curam habere nostri: ergo & moralia bona facere possunt, ut obdiant Deo. Neque necesse est, omnia in Deum referre explicitè. 2. Vel quia sunt à peccatore, siveq; à sua causa insciuntur, licet in se bona sint, ut vult Kemnitius: At opus in se bonum nequit à malitia causæ infici, nisi ex malitia processerit. Vnde impudicus potest eleemosynam dare. 3. Vel quia bona opera non habent proportionem cum viribus naturæ: At hoc in puris natu-

## QVÆSTIO XLV.

*An homo sine fide, cum, vel sine auxilio speciali, posset bonum morale perficere, si nulli urgeat tentatio?*

LUTHERANT, ut Kemnitius, ac similes; item CALVINIANI contendunt, Opera omnia in infidelium mera esse peccata; etiam ea, quæ cum speciali auxilio Dei ficerint. Atque hoc negare, esse hæresin Pelagianam. Calvinius Inst. 3. c. 15. Melanch. in *Apol. Conf.* Aug. de infideli.

SVADENT multis. 1. LUTHERAN. Kemnitius: Scriptura docet, opera omnium impiorum dispicere Deo, quamvis speciosissima. Isa. 1. & 66. Prou. 15. *Incensum abominatio est;* & *Solenitatis vestras odit anima mea.*

2. Calvinius & Kemnitius Gen. 6. *Omne pigmentum cordis humani tantum est malum.* Sic enim ipsi verterunt.

3. Psal. 13. *Omnes declinaverunt, simul iniurias. &c.*

4. Psal. 61. *Mendaces filii hominum, ut decipi-ant ipsi de vanitate in id ipsum, id est, vanitate leuiores. &c.*

5. Mat. 7. *Non potest arbor mala bonos fructus facere, id est, homo impius: sic & Matth. 12. Luc. 6.*

6. Ioan. 3. *Quod natura est ex carne, caro est; at caro tota mala est.*

7. Ioan. 15. *Sine membris non potestis facere.*

8. Rom. 14. *Omne, quod non est ex fide, peccatum est. &c.* Plur. alia Bell. l. 5. c. 10.

AUTOR. Infidelis sine fide, sine gratiæ auxilio speciali, aut etiam cum hoc potest. Moralia opera bona facere: si nulla virferit eum tentatio: Non

